

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection](#)[Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item](#)[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 19 : \[20\]](#) [De Vesta](#)

## **Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 19 : [20] De Vesta**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[117\] : De Vesta](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 20 : De Vesta](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII**

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 21 : De Vesta](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 20 : De Veste](#) est une transformation de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), [Thalim](#) (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). [Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 \(CC BY-SA 3.0 FR\)](#)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

## **Présentation du document**

Publication [Venise, Comin da Trino, 1567](#)

Exemplaire [Munich \(Allemagne\), Münchener DigitalisierungsZentrum \(MDZ\)](#) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination [263v°-264v°](#)

# Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Vesta](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

# Mythologia

De Vesta,

cap. XIX.

N<sup>e</sup>que vero Isis solum, sed etiam Vesta ab antiquis terra credita est; quæ Saturni & Rheæ filiam esse crediderunt antiqui, ut testatur Diodorus Siculus, & Orpheus in his;

*Ὡς ἐκδοκέεισθε κείνοι δὲ τῶν βασιλέων.*

Filia Saturni Vesta o Regina potentis.

Et libro sexto *Fall.*

10

Ex Ope Iunonem memorant, Cerecemq; creatas  
Semine Saturni; tertia Vesta fuit.

Quidam, inter quos fuit Possidonius, in libris, quibus titulus erat de Heroibus & demonibus, senserunt duas fuisse Vestas; alteram Saturni matrem, que vocata fuit etiam Pales, alteram filiam, que semper virgo fuit credita. Sed quoniam ad unum nomen omnia referuntur, nulla habita nominum differentia, quid de Vesta senserint antiqui breuiter explicabimus. Dixerunt igitur Vestam esse domorum omnium seruatricem, cui rerum omnium primitiæ offerebantur, ut testatur Hom. in hymno;

*Ὡς ἐ πατρὶν ἐ δώματι δι' αὐτίκην*

*ἀπαύτως θεῶν, χορὰν ἱερῶν ἐν τῷ αἰθέρι*

*ἔθρα αἰθρῆ ἰσχυρὰ κρηθρίδα γρηθῶ.*

*κελευθὸς ἔχουσα χεῖρας καὶ πηλοῦ. ὃ γὰρ ἄτιτρον*

*ἀλασιὰ δ' οὐκ ἔστιν ἴσ' ὃ σέβεται, κρηθρίδα*

*Ὡς ἐ ἀρχέμους ἀΐθεα μιληθρία θεῶν.*

20

Vesta Deumq; hominumq; domos dea que colis altas,  
Perpetuamq; tenes sedem, que semper honorem.  
Præmia cui data sunt ingentia. te sine nulli  
Mortales vnquam celebrant conuiuia læti,  
Ni Vestæ primum libent prædulcia vinx.

30

Nam cum Vesta Saturni filia prima domos extruere inuenisset, intra domos ubiq; pingebatur, quo & domos seruaret, & custos esset habitantium, ut testatur his Possidonius in Heroibus & Dæmonibus; ὃ γὰρ ἱσχυρὴν δρυαὶν τῆς κείνης καταρχαὶ ἵστησιν, ἥ τε τῶν ἱερῶν ἐνταῦθα ἐπιεὶσιν ἐξραφῆσιν, ἴσα καὶ τῶν τοῦ αἰθέρος, καὶ φύλαξ ὅσ' τῶν ἐνοικούντων. Vesta fanè Saturni filia domum primum inuenit, quam etiam inuentionis causa intra domos pingere consueuerant, ut & has seruaret, & custos esset in illis habitantium. Fuit hac ipsa de causa domus etiam Vesta siue ἱσθία vocata, ut ait Eurip. in Medæ;

*Ὡς ἐ ἐν ὀίῳ*

*Μαλιστα πατρὶν καὶ σοφιστῶν ἀλέμεν*

*ἱσθίαν, μοχλεὶ σέβεται ἱσθίαν ἱσθίαν.*

40

hanc ego colo

Præ cæteris Hecaten, mihi quam ferre opem  
Legi meæ Vestæ colit namq; intima.

Mos autem fuit in omnibus sacrificiis ut primitiæ Vestæ offerrentur, ut dictum est; cuius consuetudinis causam huiusmodi adduxit Aristocritus lib. 2. ἢ μὲν γὰρ τὸ ἀλλοθῆσαι τὸν τῶν γρηθῶν ἄρχον, οἷον ἡ δὲ δρυαὶν τῆς βασιλῆας ἱσχυρὴν ἐστὶν ἀλλοθῆσαι, ἢ σέβεται, ὅσ' ἂν ἐπιεὶσιν ἀΐθετον. μὲν δὲ σαρπηδόω ἐπαρχαὶ δειπνοῦσαν ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν ἀΐθρων, καὶ μὲν ταῦτα ἔτι νῦν μὲν αἰετὸν ἔστι ἡρπῆσιν εὐδὲ ἀπὸ τῶν ἀΐθρων ἀπὸ τῶν δρυαίων ἀπὸ τῶν ἱσθίων ἐστὶν ἱσθίαν. Nam postea quam deieci

deiecti sunt Titanes ac vetiti ne susciperent imperium, Iupiterq; illud cepisset, optionem dedit Vestæ quod vellet capiendi. Hanc primum virginitatem postulasse inquirunt, & post illam, ut primitiæ omnium, quæ sacrificarentur, sibi offerrentur ab hominibus. ita vero postea sancitum est in sacris, ut primum omnium quæ sacrificabantur, primitias Vestæ offerrent. Illud ipsum inuuit etiam Aristophanem Vespis;

*ὅφ' ἵσταν ἀρχινοστήσασθαι τῆσδε*

A Vesta incipiens ut conundam quempiam.

Enimuero cum dux essent Vestæ, per antiquiorem Saturni matrem Terram, at per iuniorem ignem purum ætheris significarunt, ut testatur Ouidi. libro 10 6. Fastorum;

Vesta eadem est: & terra. subest vigil ignis veri;

Significat sedem terra focusq; suam.

Cum igitur æternus sit ignis æthereus, iure optimo Vesta æterna vocata fuit ut est apud Horat. lib. 3. Carminum; quæ Homerus etiam domos altas Deorum, & perpetuas sedes habere dixit in hymnis. At Orpheus mediam regionem ignis perpetui in his;

*ὅτι τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἔστιν ἰσχυρὰ*

*ὅτι τὸ πῦρ ἐστὶν ἀθάνατον καὶ ἀσπύριον.*

Filia Saturni Vesta ò Regina potentis,

30

Quæ colis æthereæ medium regionis, & ignis.

Atq; cum ara esset erecta in Prytanio, in qua perpetuus & inextinctus ignis asseruabatur, aram illam Pollux Vestam appulit in his; *ὅφ' ἴδ' ἱ. Πύριον, ἢ πύρ ἀεικέλιον, ἢ πυρὸς ἀθάνατον, ἢ πυρὸς ἀσπύριον, ἢ πυρὸς ἀθάνατον, ἢ πυρὸς ἀσπύριον. ἢ πυρὸς ἀθάνατον καὶ ἀσπύριον, ἢ πυρὸς ἀθάνατον καὶ ἀσπύριον.* Super quibus sacrificamus, aut ignem accendimus, altare, acerra, Vesta: nonnulli enim sic appellarunt. Sic sane aptissime illam, quæ est in Prytanio, vocaueris, super qua ignis ille perpetuus ardere solet. At Ouid. lib. 6. Fast. flammam ipsam Vestam fuisse appellatam sensit, ut patet in his;

Nec tu aliud Vestam, quàm viuum intellige flammam:

30

Nataq; de flamma corpora nulla vides

Hanc Deam ignem fuisse, ut vel ab initio Romæ præcipua religione cultam, argumento sunt illa, quæ ad Vestalium perpetuam virginitatem pertinebāt; quæ, cum omnibus notissima sint, minime nunc explicabo. Cum altera harum Vestarum Saturni fuisset mater, merito vocata fuit antiqua & cana, ut est in lib. 9. Aeneid. apud Virg.

Affaraciq; larem, & canæ penetralia Vestæ.

Hanc terram omnino fuisse testatur Plut. dec. 8. Sympo. probl. quippe cum inquit mensas antiquorum fuisse rotundas ad similitudinem terræ: quæ cū victum nobis tanquam terra præberent, vocatæ sunt Vestæ. Sed illud etiam manifestius, ut ego quidem arbitror, declarauit Plato in Timæo, cum Deos omnes, elementa scilicet, ac vires cœlorum commoueri faciat, solamq; terrā in medio horum immobilem consistere, ut patet ex his; *ὅτι τὸ πῦρ ἐστὶν ἀθάνατον καὶ ἀσπύριον, ἢ πυρὸς ἀθάνατον καὶ ἀσπύριον, ἢ πυρὸς ἀθάνατον καὶ ἀσπύριον. ἢ πυρὸς ἀθάνατον καὶ ἀσπύριον, ἢ πυρὸς ἀθάνατον καὶ ἀσπύριον.* Magnus sanè dux in cœlo Iupiter curram agens volucrem, primus incedit omnia coordinans & curans. Hunc sequitur Deorū dæmonumq; exercitus in duodecim partes distributus: ac Vesta sola manet in Deorum domo.

40

Nam

# Mythologia I

Nam cum Iupiter supremus sit Deus, Dii demonesq; reliqui planetæ sunt, & corpora cælestia, ac elementa, quæ intra duodecim partes signiferi omnia continentur, Cum vero primum mobile corpus omnia reliqua secum trahat, idcirco dicti sunt Dii ac demones volucrum currum sequi, quorum est non parvus exercitus. At sola ex his, qui Dii habitati sunt, domum immobilis servat Vesta, cum illa terra sit, ut Eurip. in his significavit;

*ἡ γῆ μὲν ἄνευ τῆς ἑλπίδος ἢ τοῦ φόβου*

*ἵσταται καθύπερθε τοῦ κόσμου ὡς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ.*

10 Parensq; terra, quam vocant Vestam viri  
Præstantiores confidentem in æthere.

Nam terra sola ex omnibus naturalibus corporibus immobilis existens in medio totius orbis sublimis, tanquam in ære, consistit; neq; in aliquâ mundi partem magis declinat; quare iure inquit Ouid. lib. 6. Fast.

Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa

Ære subiecto tam graue pendet onus.

Ipsa volubilitas libratum sustinet orbem.

Quiq; premat partes, angulus omnis abest.

20 Cum enim tantundem undiq; distet à cælo, dicta est sedere in æthere, & nulla re suffulta sustineri. Huic tanquam demoni summæ parti ignis præfecto in sacrificiis litabatur odoribus. At cum antiquior Vesta terra esse putaretur, flores utpote illorum feraci matri, offerebantur, & sæpe est apud Virgil. lib. v.

Hæc memorans, cinerem, & sopitos suscitât ignes,

Pergameumq; latem, & cænz penetralia Vestæ

Ferre pio, & plena supplex veneratur acerâ.

Vestam omnino Plotinus, aliq; complures, animam terræ esse voluerunt, quæ Ceres etiam aliquando fuit nominata: alii Vestam esse crediderunt, inter quos fuerunt Platonicæ, *scilicet* separatarum formarum, & rerum diuinariû solidum fundamentum: idcirco in omnium Deorum sacrificiis Vestæ primitiæ offerri ab antiquis solebant. Credita fuit altera Vesta Saturni mater,

30 quia cum nondum existeret tempus, in confusa mundi mole terra latuerit: altera filia, quia post cælum & tempus elementorum corpora summus opifex architectus est Deus. Cum terra igitur esset omnium prope corporum naturalium fundamentum, merito mater Deorum etiam fuit ab antiquis appellata, ut testatur Strab. lib. x. hanc conuiuiorum præfectam, & omnium sacerorum primitias capere solitam dixerunt, quia sine terræ muneribus, vel sine calore à cælo, nulla res nasci potest conuiuia apta: quæ cum omnia ad sacrificia munera producat, merito omnium illorum primitias capere credita est. Atque quid Vesta sit, & quod fuerit an antiquis culta, cum omnia elementa, elementorumq; vires diuinis nominibus ab antiquis nominarentur, qui nihil Deo vacare putaront, iam satis explicatum fuit.

40

NATALIS